Matth. x. Quicunqꝫ nõ receperit vos excutite puluerẽ de pedibus veſtris .i. terrena de affectionibus vt oſtendatis appetitum terrenorum nõ eſſe ĩ veſtris affectionib⁹. vt dicit glo. Sextum opus eſt dñoꝝ irritatio. nam falſi ꝓphete non recipiũt ab his emolimẽta quibus predicant. dominos terrenos eis fauorabiles ꝯtra eos interdum ꝓuocant aut irritant quod tamen non fecerunt veri apoſtoli. Naꝫ legitur de ſanctis Simone et Juda. Cum autem rex iratus iuſſiſſet copioſum ignẽ accendere vt põtifices qui apoſtolos recepiſſent aut eis reſtitiſſent cõcremaret. dixerũt apoſtoli. Obſecramus dñe ne efficiamur cauſa interitus ipſoruꝫ qui pro ſalute hominũ huc miſſi ſumus vt viuificaremus mortuos viuẽtes ne occidere videamur. Septimum opus aut fructus eorum eſt arrogantia ſiue ſuperbia. Naꝫ de fructu quem debent de eccleſia facere arroganter ſe iacent dicentes. Nos illuminam⁹ eccleſiã vniuerſam vel docentes ante tempa noſtra erant ceci. et extinximus flammã peccatorũ in eccleſia dei. cum forte magis ꝓmouerint hypocriſim. ꝙ tñ veri ꝓphete nõ fecerunt. quia dñs de Ezechiele dixit. c. iij. Fili hominis dedi faciem tuaꝫ vt adamantem. Adamas deſpecte forme eſt attñ attrahit ferrum et tñ non inde mutatur nec extollitur. Similiter verus apoſtolus ĩ ꝑdicatione ſua attrahit duriſſimos peccatores quoruꝫ cor indurabitur quaſi lapis. Job. xlj. Non tñ inde extollitur. quia dicit cuꝫ alijs bonis illud ps. cxiij. Non nobis domine nõ nobis. ſed nomini tuo da gloriam. Octauum opus eſt glorie ꝓprie acqſitio. Nam pſeudo ꝓphete q̄runt gloriam ꝓpriam non xpi. Juxta illud Joh. vij Qui a ſemetipſo loqtur gloriam ſuaꝫ querit. q̄ autem q̄rit gloriã q̄ miſit illuꝫ .i. a quo dixit ſe miſſum verax eſt. illi ergo q̄ querunt ea q̄ pertinent ad gloriã mundi huius. quoꝝ vnus eſt regnantibus aſſiſtere. Juxta illud Boe. de ꝯſo. Qui in perſona extolli cupiũt aut ipſi regnant aut regnãtibus adherere cupiunt ſeu conãtur Alterum vero eſt velle vincere vbi non eſt premium apud deum. vnde ſup illud Gal. v. Non efficiamur inanis glorie cupidi. dicit glo. Inanis glorie eſt vincere velle vbi non eſt p̄mium qui eñi talia querũt falſi ꝓphete ſunt. Nonum opus falſoꝝ ꝓphetarũ eſt inimicorum oditio Nam ſup illud Hiere. xxiij. A ꝓphetis Hieruſalem egreſſa eſt pollutio ſuper omnẽ terrã. dicit glo. Nõ ſufficit eis ꝓximos ledere ſꝫ quos ſemel oderint per totum orbem conãtur diffamare. Sed nõ ſic veri apoſtoli qui diligebant inimicos ſuos iuxta mandatũ dñi. Matth. v. Diligite inimicos.

¶ De eadem dominica.
Sermo tertius.

OMnis arbor que non facit fructum excidetur. ⁊ ĩ ignem mittetur. Matth. vbi ſ̄.

Dicunt naturales ꝙ quelibet arbor ad ſuam fructificationeꝫ indiget triplici fomento exteriori. Primo indiget terra cuius humore nutriatur. et ſi in vna terra non ꝓficit in alia conualeſcit. ideo videmus ꝙ prudẽtes hortulani trãſferũt de loco ad locũ arbores ꝑuas ⁊ herbas euellendo eas radicitus de terra in q̄ ſteterunt p̄us. et per talem tranſplãtioneꝫ arbores fiũt fructuoſe q̄ p̄us fuerũt inepte. Secundo indigent ſole cui⁹ v̄tute humor q̄ in medulla ẽ di[illegible] ⁊ p̄paret ipm humorẽm decoquendo vt ſic diſpoſitio ad fructificãdum emittat̃. Tertio indigent tempe. quia non omni tempore arbores plantate ſolent eque fructificare. Nam dicit Conſtanti⁹ ꝙ arbores q̄ plantant̃ in rectiplenilunio minus ꝯualeſcunt. ⁊ ſi cõualuerint fructuꝫ faciunt v̄miculoſum. ⁊ fructus tũc plãtate arboris citius putreſcunt. Siliter arbores indigẽt hyeme ad humores reſtringẽdos vt meli⁹ in vere ſint parate ⁊ vnite ad fructus ꝓducẽdos. ꝙ ſi ſpergẽtur dicti humores per meatus terre ſuam amitterẽt v̄tutem. Indigent etiam vere in quo arbores pulluiant et diſſoluitur ꝯglutinatio frigoris v̄tute ſolari q̄ erat ĩ humorib⁹ arboris vñ fructificare debet. Indigẽt inſup eſtate ad fructuũ maturationeꝫ replectioneꝫ ⁊ collectionẽ. Moraliter hõ iſto modo vt fructificet indiget tribus. Primo indiget terra humilitatꝭ cui⁹ humore fructificat ope v̄tutis ⁊ pietatis. Naꝫ ſine humilitate nõ valent v̄tutes alie. Ideo dicit Aug⁹. Hũilitas v̄tutum omniũ eſt caput q̄ velut fouet et ſuſtinet bonoꝝ omniũ totum corp⁹. Quapropter xp̄s ver⁹ hortolanus quẽ maria Magdalena hortolanum eſtimauit. Joh. xx. Trãſtulit multos hoĩes de terra alta elationis ad terrã valloſam humiliationis. vt Paulum Auguſtinũ. ⁊ ſic de alijs. Et qui p̄us infructuoſi extiterũt poſtmodum fructum multiplicem ꝓduxerunt Scd̃o indiget ſole charitatis. quia dic̃ Greg⁹. Nihil habet viriditatis ramus boni opis. niſi maneat in radice charitatꝭ. Tertio indiget tẽpore .i. diſcretione que in omni ope eſt apponẽda. Quia dicitur. j. q. j. c. Preſentium. Diſcretio mater eſt omniuꝫ virtutum. Et ſicut arbor quo ad tempus tria requirit. Sic et homo ad bene operandum tribus neceſſario indiget. videlicet hyeme tribulationis et anguſtie. Nam

multotiens deus immittit hyemem tribulatio
nis et anguſtie . et ſic tranſfert eos per con=
tritionem et confeſſionem ĩ hortum eccleſie et
facit eos fructiferos et fertiles qui prius fuerũt
infecundi ⁊ ſteriles . vt dicit Hol . lec . xlix . Itẽ
indiget vere diuine gratie . quia dicit dominus
Joh . xv . Sine me . i . gratia mea . nihil poteſtis
facere . Item indiget eſtate . i . vita preſenti . q2
in futuro null9 poteſt bene opari . quia ſm pſ .
ciij . Exibit homo ad opus ſuum . i . ad opatio=
nem bonoꝝ . ſ . operum vſqꝫ ad veſperam ſcili=
cet mortis . et deinceps non . Itez dicit dñs in
vbis allegatis . q omnis arbor . i . homo q non
facit fructum bonum . ſ . in preſenti vita excide=
tur ⁊ in ignem mittetur . In qbus verbis pnci=
paliter tria inſinuat . pmo hominis ocioſitatẽ
ibi . omnis arbor . ſecũdo mortis ineuitabilita=
tem ibi . excidet . tertio ignis intollerabilitatez
ibi . ⁊ in ignem . Quantum ad pmum ponit ho=
minis ocioſitatem cuz dicit . omnis arbor que
non fert fructum . Ubi nota . Hol . ſuper li . ſap .
lec . xlvj . dicit q ĩ ſcriptura homo arbori com=
paratur . Iux illud Matth . viij . Uideo homi=
nes vt arbores . habent enĩ quãdam ſimilitudi
nem viuendo . creſcendo . fructum ferendo . ⁊ ſi
militer decidendo . Primo enĩ habent ſimilitu
dinem in viuendo . arbor enĩ nõ viuit niſi p calo=
rem terreſtrem . Sic nec moraliter viuit ho=
mo vita gratie niſi p humilitatẽ ſuam ⁊ chari
tatem . humilitas oritur de terra . i . de conſide
ratione q terreni ſumus ⁊ in terram reuerſuri
et in breui . vnde ſicut ille arbores que radices
ſuas pfundius ĩ terrã figunt diutius viuunt et
ſtant ſtabilius . Ita illi homines qui ſe diligen=
tius ⁊ apertius terrenos eſſe cogitant viuunt
fortius vita gratie . ⁊ firmius ſtant ↄtra tẽpta
tiones varias culpe . Arbores ſimiliter plãta=
te in planitie vel in vallibus minus excutiunt
vel fatigãtur a ventis q ille que ſtant in monti
bus . Quia dicit Ariſ . in pbleuma . et Pli . ĩ na
turali hiſto . Alte nimium arbores ſubito exa=
reſcunt . Et ratio eſt . quia tales arbores ob ſui
elongationem a terra humorem ſuũ difficulter
ſurſum trahunt . qre deficiẽte humore areſcũt
Ita perſone humiles refugiẽtes dignitates et
ambitiones huius mũdi . Et quia chriſtus fuit
humilis . ideo qui ſuas radices figit et fundat
in xpo viuet ⁊ creſcet et fructum faciet . ſic do=
cet Joh . xv . Ego ſum vitis vos palmites . Et
ſicut palmes nõ poteſt ferre fructũ a ſemetip=
ſo niſi manſerit in vite . Sic nec vos niſi in me
manſeritis . Secũdo aſſilatur homo arbori in
creſcẽdo . quia q̃uis inferior pars terre adhe=
ret potior tamen ⁊ pulchrior pars ſupeminet
tendens aduerſus celum . Sic moraliter lz ne=
ceſſario oportet nos aliquam ſilitudinem cir=
ca terrena habere . tñ po2 pars voluntat nõ
ſtre debet tendere vſus celum . Iux illud Iſa .
xxxvij . Qd ſaluatum fuerit de domo veſtra et
qd relictum ẽ mittet radices deorſum ⁊ faciet
fructũ ſurſum . Tertio aſſilatur homo arbori ĩ
fructũ ferendo . Sicut enĩ arbores pmo germi
nant . ſecundo florent . tertio fructum portant .
Ita homo pmo germinat bonis cogitatiõib9 .
floret deinde bonis voluntatibus . ⁊ tertio fru
ctificat bonis opatiõib9 . Quia dicit Chryſo .
omel . xxxij . Germen ſunt bone cogitiões . flo=
res bone voluntates . ⁊ fructus bone operati=
ones . quia arbor bona fruct9 bonos facit . Cir
ca qd nota q talis pncipaliter facit triplicem
fructum . Primus ẽ fruct9 moralis ſanctitatis
qui conſiſtit in operibus penitentie iuſticie et
cultus dei . Et qui hunc fructum non facit mo
rietur morte turpiſſima ⁊ punietur pena ignis
eterni acerbiſſima iuxta vba themat . Omnis
arbor que non fert fructum . q . d . Que ſtat oci=
oſa excidet ⁊c̃ . Quare dr Luc . iij . Facite fru=
ctus dignos penitẽtie . Eſt aũt de merito hoĩs
⁊ de operibus penitẽtie ⁊ elemoſyne . ſicut ẽ de
fructu palme . dicitur enĩ de palma q eius fru=
ctus eſt inutilis donec palma fuerit cẽtenaria
Nam legitur in hiſtoria Alexandri . q milites
eius comedentes dactiles palmarum iuuenũ
mortui ſunt . Moraliter iuſt9 compatur palme
Iuxta illd pſ . Juſtus vt palma florebit . Juſti
autẽ opera non apparent dulcia vſqꝫ poſt cen
tum annos . id eſt . poſt finem pñtis vite . Quia
vita hominis durat ad centum annos . Iuxta
illud Eccĩ . xviij . Numerus dierũ hominis cen
tum anni vt plurimũ . Et ideo oportet interim
patienter expectare . Jac̃ . v . Patientes eſtote
fratres vſqꝫ ad aduentum dñi . glo . qui reddet
vobis mercedez . Exemplũ ponit . Ecce agricu
la expectat pcioſum fructum terre patiẽter fe=
rens donec recipiat temp̲aneum . i . pmitinum
fructum et ſerotinum . Sed dolendũ eſt de mul
tis ſicut de illa ficulnea . de qua narrat Mat .
xxj . vbi dicitur . q ieſus mane reuertens in ci=
uitatem . ſcz feria ſecunda palmarum eſuriit . ⁊
videns fici arborem vnam ſecus viaz venit ad
eam et nihil inuenit in ea niſi folia tm̃ . maledi=
xit ficui ⁊ ait . nũq naſcet ex te fructus in ſem
piternum ⁊ aruit ſtatim . Iſta ficus vt dic̃ hol .
lec . xl . ſignificat diuites auaros quos deus di
tauit vt fructificent per elemoſynam . xps eſu=
rit quotienſcũqꝫ pauper eſurit . ſicut ipſe dicit
Matth . xxv . Eſuriui ⁊ non dediſtis mihi mã=
ducare . venit ad ficulneam quando pauper ve
nit ad diuitem et nihil inuenit niſi folia . quia
nihil ſibi pauper recipit niſi verba amara . In=

dubitanter tali ficui deus in die iudicij maledi
cet quando eis dicet. Ite in ignem eternuꝫ. Et
ideo ſignanter dicit ſapiēs Eccs.v. Qui amat
diuitias. videlicet eo modo quo auarꝰ fructū
non capiat ex eis . non dicit qui habet vel qui
diſpenſat. ſed qui amat ad ſeruandum. nam de
illo adueniente morte dicitur illud Daniel. iiij
Succidite arbores et diſpergite fructus. qua⸗
ſi diceret. vos contrarij humores ſuccidite ar
borem . et vos executores diſpergite fructus
eius. Nam humores repugnantes in corpore
faciunt carnis corruptionem . Et executores
diffinire faciunt opum diſperſionem. ⁊ tūc pri
mo experiretur ꝙ qui amat diuitias fructum
nō capiet ex eis. Dicit Ariſ. de vegitabilibus.
ꝙ arbores quedam plantate in diſtemperatis
locis faciūt ꝑmo fructus acidos et poſtea dul
ces ⁊ tandē amaros . et fructus talis pirami⸗
datur in vtraqꝫ extremitate et in medio habet
figuraꝫ latam. Moraliter pauper homo datꝰ
omnino mundo ⁊ totam intentionem ſuam ex⸗
tendens ad hoc ꝙ tempaliter fiat diues facit
in ꝑncicipio fructum valde acidum ⁊ acutū ie⸗
iunat vigilat parcit laborat ⁊ fuit. ⁊ nihil dul⸗
cedinis eſt ꝓtunc in operibus ſuis. Sꝫ poſtea
cum factus fuit diues ad tempus ludit ⁊ expē
dit ⁊ iocundatur ſolenniter. ⁊ tunc eſt fructus
ſuus dulcis. Sed hec dulcedo non durat . Nā
ſtatim tendit ad mortem . ⁊ tunc oportet diſpo
nere de teſtamento ⁊ relinquere alienis diuiti
as ſuas. Et ille fructus nec apparet ſibi acidꝰ
nec dulcis ſed amariſſimus quando debet di⸗
mittere terras quas coluit . prolem quā genu⸗
it. aulam et cameram quas curioſe edificauit
filios ⁊ filias ⁊ vxorem quas amauit. Et de ta
libus verificatur illud Sap. iij. Vacua ē ſpes
illorum et labores ſine fructu. Secundus fru⸗
ctus quē faciunt boni homines eſt fructus do
ctrinalis fertilis et iſtum fructum exigit xp̄s a
doctoribus p̄dicatoribus et p̄latis. Quibꝰ lo
quitur Joh. xv . Poſui vos vt eatis ⁊ fructuꝫ
afferatis et fructꝰ veſter maneat. Et Sap. xvi.
Non vanitatis fructus paſcunt homines ſed
ſermones tui domine hos qui in te credūt con
ſeruant. De iſtis autē arboribus valde dolen⸗
dū eſt ꝙ quedam areſcunt per nimiam ſiccita⸗
tem. quedam fruteſcunt per nimiam curioſita
tem. quedā marceſcūt per nimiam venti vren⸗
tis malignitatem. Primo quidam areſcūt per
nimiam ſiccitatem qui non habent humorē de
uotionis nec zelum animarum. de quibꝰ Ozee
ix. Radix eorum exiccata ē nequaq̄ faciet fru
ctum. non ſic fuit de predicatoribus plantatis
in eccleſia primitiua . imo ipſi fuerunt irriga⸗
ti per gratiam et contemplationem inebriati.

Eccl. xxiiij. dixit. Rigabo hortū plātationū et
inebriabo partus mei fructus . Secundo que⸗
dam fruteſcunt per nimiam curioſitatem quā⸗
do parui ſurculi. i. parui frutices creſcunt cir⸗
cumquaqꝫ circa arborem tunc ſubtrahunt ab
ea humorem . ita quandoqꝫ ſtudia. ſ. curioſa et
ſubtilia q̄ circūponuntur menti hominis ſub⸗
trahunt ab eo deuotionem p̄dicandi verbū dei
Sed per oppoſitum eſt de bonis. de qbꝰ Ozee
x. Frōdoſa iſrael fructus adeſt ei. Tertio que
dam marceſcunt per venti vrentis malignita⸗
tem . Et ſunt tales qui dimittunt p̄dicare pro⸗
pter obloquia detractiones ⁊ odia. ⁊ hi vocāt
in canonica Jaco. Nubes ſiue pluuia que a vē
tis circumferūtur arbores autumnales infru
ctuoſe. Tertio fructus eſt fructus eternalis fe
licitatis qui ꝑcipietur quādo xp̄s dicet anime
de corpore recedenti. Prouer. xxxi. Date illi
de fructu manuū ſuarum ⁊ laudent eum in por
tis opera eius. Iſtos fructus cōtemplādo gu
ſtare debemꝰ ſi ꝓ ipſis habendis pugnare veli
mus fortiter . in cuius figura malagranata fi⸗
cus et vue filijs iſrael oſtenſa fuerunt et allati
fructus et vue de terra promiſſionis anteq̄ in
trarēt . Numeri. xxiij. Quia alias tāte difficul⸗
tatis terram non deſideraſſent . iſto modo bea
tus Andreas fructuum celeſtiū dulcedineꝫ gu
ſtauerat. ideo tantū ad illas anhelabat ꝙ per
arborem crucis quaſi per ſcalam ad eos capi
endos aſcendit dicens. Canticor. vij. Aſcen⸗
dam ad palmam et apprehendam fructū eius
Quarto aſſimilatur arbori in cadendo . arbor
enim que diu creuit et vixit et tandem de ſenio
deficit et ad illam partem cadit verſus quam
viuendo ramos plures extendit . Sic homo
moriens ad illam partem cadit ad quam plu⸗
res cogitationes et affectiones viuendo tranſ
miſit. Si in terram extendit ramos affectionū
cadit ad infernum. Si in celum illuc etiam de⸗
portatur. Juxta illud Eccleſiaſtes . xj. Si ceci
derit lignuꝫ. id eſt. homo qui a philoſophis di
citur antropos. hoc ē arbor euerſa ſiue ad au⸗
ſtrum. id eſt. partem electorum. ſiue ad aquilo
nem. id eſt. ad partem reprobroꝝ. vbi cecide
rit ibi erit eternaliter . Vbi tamē nota homo ē
moraliter ſicut arbor . Sed ꝙ dolendum eſt
multe arbores faciunt fructus inutiles ⁊ acer
bos ad manducanduꝫ. ſic et homines. nā ſunt
quidam fructus peccantium nimis mali ⁊ dā⸗
noſi pleni vermibus corroſiuis. Quidaꝫ pleni
humoribus inflatiuis. Primi ſunt fructus la⸗
ſciuie et carnalis delectatiōis. hi ſūt pleni ver
mibus. videmus interdum pomū pulcherrimi
coloris exterius et ſuauiſſimi odoris et tamen
intrinſecus latet vermis . et inuenitur totum

corroſum. Iſto modo ſuggeſtio voluptatis apparet exterius ſuauis et delectabilis tempore temptationis. ⁊ cum ſcelus fuerit perpetratū inuenitur vermis corrodens conſcientiam. q̄ niſi interficiatur in hac vita viuet in eternum. Eſa. vlt. Vermis eorum non moritur. hic eſt vermis qui momordit hederam ſub cuius vmbra Jonas delectabatur. Jone. iiij. Letatus ē Jonas leticia magna que ſtatim poſt morſum vermis aruit. Moraliter hedera eſt pax conſcientie ſub qua Jonas qui interp̄tatur columba. id eſt. ſimplex ⁊ innocens delectabať vermis aduenit ſub delectatione ⁊ ſtatim hedera aret. quia conturbatur conſciētia actu tranſeunte et reatu manente. Ideo valde fatuus eſt qui iſtum vermem non interficit quāto citius poteſt. Et ſic puer frangens pomū pulcherrimum de quo ſperabat ſe habere bonū cibū. reperit ſe deceptum cum inuenerit interius vermem turpem. ita temptatus de libidine delectatione tranſacta ⁊ verme in remorſu conſcientie apparente iudicat ſe fuiſſe deceptuʒ. De quo loquitur apoſtolus ad Roma. vj. Quem ergo fructum habuiſtis tunc in illis in quibus nunc erubeſcitis. nam finis illorum mors eſt. ſed abſit. quia tales ſunt peiores q̄ꝫ Cain q̄ obtulit deo de fructibus terre ſpicas corroſas conculcatas et a beſtijs contritas. Gene. iiij. Utinam ſaltem iſti inueterati dierum malaruʒ qui corroſi ſunt per vermes infinitos in cōſcientijs conculcati per beſtiales delectationes a iuuentute ſua et vſq; ad ſenectam et ſenium et vellent tamen in fine dierum ſuoruʒ offerre ſe deo per penitentiam et ſacrificium veſpertinum. Sed notandum ꝙ in vetere lege ⁊ in primitiua eccleſia dabantur primitie ꝺ fructibus modo vix dantur decime. Ita olim habuit eccleſia mouentes continentiam in ſua iuuentute et dabantur deo primi fructus. quia ipſe eſt verus papa ⁊ pater pauperum cui clamamus abba pater. ad Gal. iiij. Et ideo ſumite de optimis terre fructibus in vaſis veſtris et deferte viro munera. Geñ. xliij. Offeramus primogenita terre noſtre ⁊ primitiua vniuerſi fruct⁹ Neemie. x. Secūdi fruct⁹ ſcilicet pleni ſaporibus amaratiuis ſunt fructus auaricie ⁊ mun-
V dialis poſſeſſionis. Quicunq; enim eſt ille qui rebus mundi incumbit acquirendo poſſidēdo vel exponendo frequenter amaricatur ⁊ ꝯturbatur quando videatur in pace viuere. pš. xxxviij. Ecce ī pace amaritudo mea amariſſima Aliud etiam notandum ꝙ comedentibus poma cruda et fructus immaturos ſani cibi fiūt inſipidi. Sic etiam quia delectantur ī diuitijs vel conſeruandis vel diſponendis aut diſpenſandis cibus anime qui non perit ē cibus verbi dei. cibus deuotionis ⁊ orationis ⁊ contemplationis apparet inſipidus. In cuius figurā legitur Joſue. v. Quācito filij iſrael inceperūt veſci de fructibus terre promiſſionis et fructibus ſtatim defecit manna diuine diſpenſationis. nec amplius deſcēdit de celo. Iſto modo eſt de diuitibus habentibus conſolationem ħ in terrenis. deficit enim eis conſolatio quam habent ſancti de diuinis. Unde Auguſtinus. j de trinitate. c. x. Contemplatio eſt illa ſpes q̄ rapit omnem hominem deſiderio ſui ⁊ tāto ardentiorem quāto mundiorē. ⁊ tanto mundiorem quāto ad ſpiritualia ſurgentem. ⁊ tāto ad ſpiritualia ſurgentē quāto carnalibus et terrenis deſiderijs aut affectiōibus morientē. Sed ex quo fructus adminiſtrationis tempaliū eſt amar⁹ ⁊ aliquas perſonas in eccleſia dei oportet miniſtrare tempalia quomodo poterūt iſti fructus dulcorari? Certe dicendū ꝺm Ariſto. li. ij. de vegetabilibus. Fructus amar⁹ miſſus in ignem et aſſatus efficitur dulcis. Sicut patet de pomis que ſunt nimis acerba ad comedendum cruda quando aſſantur ad ignem fiunt ſatis dulcia. Iſto modo vos qui eſtis occupati in vita actiua circa adminiſtratiōes tēporalium. frequēter guſtantes amaritudines mundi ⁊ occupationum circa plurima. ſi vultis occupatiōes facere dulces oportet ꝙ aſſetur bene in igne charitatis ne ſint crude. quia dicitur. j. ad Cor. vj. Omnia opera veſtra fiant in charitate. Exo. xij. Non comedetis ex eo crudum nec coctum aqua. ſed aſſatum tm̄ igne. vnde omnia opera veſtra bona que habetis ad dei honorem et ad vtilitatem ꝓximi referatis. quia qui ſine charitate amāt diuitias. fructum non capiunt ex eis. Et niſi hoc feceritis timere poteritis. Illud Hiere. xij. Confundemini a fructibus veſtris propter furorē domini. Et Hiere. xxj. Viſitabo ſuper vos iuxta fructum ſtudiorum veſtrorum. Tertij fructus inutiles ſunt fructus ſuperbie et ambitionis. et iſti ſunt pleni humoribus inflatiuis. de quo fructu pš. x. Viſitabo ſuper fructus magnifi- X ci cordis. licet enim reuerentie ⁊ honores ſuauiter ſapiant tamen periculoſe inflant. Naʒ in hiſtoria Alexandri narratur ꝙ milites ſui in india inuenerunt ita dulces fruct⁹ ꝙ in comedendo de eis non poterant ſatiari. vnde factū eſt per nimium eſum illorum ꝙ magna oriebatur ſtrages et peſtis inter eos. Sic moraliter fructus honorum et reuerentiarū ſunt ita dulces vt difficile eſt ſaciari de eis. Bonum eſt tm̄

cum talibus fructibus inflatiuis comedere ſal
et ita expedit affectus honoris et nobilitatis
ſeculi ſalſare ſal diſcretionis et modeſtie. quia
dr Job. vj. Nunquid poterit comedi inſulſum
quod non eſt in ſale conditum? ⁊ ſic vti conue-
nit honoribus ſeculi virtuoſe. quia fatuum eēt
ſubditos docere honorare niſi eſſet qui debe-
ret honores recipere. Et ideo dicit Ariſtote-
les. vj. topicorū. ꝙ omnes homines appetunt
honores ideo ambicioſus diffinitur ſm euꝫ ſic
ibideꝫ. ambicioſus eſt appetēs honores. Ap-
ponendum eſt igitur ſal ſapientie et diſcretio-
nis. et ſic vtendum eſt fructus honoris lauda
biliter. Eccī. xxvij. Eſt ſapientia anime ſue fru
ctus illius laudabilis. hec ſapiētia eſt humili-
tas. quia Prouer. xj. Ubi eſt humilitas ibi eſt
ſapientia. Et ſimiliter Eccī. xj. Sapientia hu-
miliati exaltabit caput ſuum. hoc eſt de iuſto.
Eſa. xxxvij. Mittet radices deorſum et faciet
fructum ſurſum. Quātum ad ſecundum ponit
mortis ineuitabilitatem cū dicit. excidetur ſci
licet per mortem arbor ſcilicet que eſt ocioſa.
⁊ fructum non producit excidetur ⁊ cōcrema
tur. Sic ⁊ homo qui non facit fructum bono-
rum operum auferetur de medio iuſtorum. Si
cut figuratum eſt de arbore fici. Luc. xiij. Quā
habuit quidam plantatam in vinea ſua. et vē-
nit querens fructum in ficulnea hac et non in-
ueniens dixit. Succide ergo illam vt quid eti-
am terram occupat. Per quam figuram mora
liter innuitur ꝙ ocioſi peccatores interduꝫ ex
pectantur a deo per tres annos ſcilicet iuuen-
tutis virilitatis et ſenectutis. Et cum viderit
ꝙ nolunt ferre fructum excidit eos ꝑ morteꝫ
tradendo eos igni infernali ſicut factuꝫ fuit de
diuite epulone. Luc. xvj. de quo dicitur. Mor
tuus eſt diues et ſepultꝰ in inferno. et hoc heu
multi non recogitant qui hic dies ſuos expen
dunt in ocio nec fructus bonorum operum fe
runt. Ideo conqueritur beatꝰ Bernardus. Ni
hil precioſius tempore. et heu hodie nihil vili
us inuenitur. tranſeunt dies ſalutis ⁊ nemo re
cogitet ſibi perire diem et nunꝙ̄ rediturum
cauſatur. Sed ſicut capillus de capite non pe
ribit. Sic nec momentum peribit de tempore.
hec ille. Et hec eſt prima exciſio hominis inuti
lis in hac vita per mortem corporaleꝫ que ſm
Ariſtotelem de po. ⁊ morte. Nihil aliud eſt ꝙ̄
receſſus anime a corpore. Secundo excidetur
a conſanguinitate huius mundi delectatiōibꝰ
et diuitijs. Quia dicit pſ. Homo cum interie-
rit non ſumit omnia neqꝫ deſcendet cuꝫ eo glo
ria eius. Et Luc. xix. dic̄ dominus. Omni ha-
benti dabitur et abundauit. quaſi diceret. Ha
benti ſpirituale bonum dabitur eternum abun
danter. et qui non habet ſpūale bonum vt v̄tu
tes auferetur ab eo. ſcilicet temporale. Et illa
exciſio grauis erit illis peccatoribus qui illa
tranſitoria nimis diligunt. Quia dicit philo-
ſophus. Sperare ab amicis et conſuetis miſe
rabile eſt vt ab vxore pueris aut conſanguine
is a domibꝰ vel ab agri pecunijs. et ſic de alijs
Tertio excidetur a conſortio bonorum tam ī
celo ꝙ̄ in terra. Quia Matth. xiij. Exibunt
angeli et ſeparabunt malos de medio iuſtorū
et mittent eos in caminum ignis. O ꝙ̄ amarū
erit illis ſeparari a creatore. a beata virgine ma
ria. a v̄ginibus. ab omnibus electis deiqꝫ ami
cis. Quarto excidetur a ſtatu miſericordie et
penitentie. ita ꝙ amplius non poteſt penitere
nec miſericordiam inuenire. Vñ teſtatur Au-
guſtinus in de fide ad Petrum. Tempus inqͭt
acquirendum vitam eternam in iſta vita deus
hominibus dedit vbi voluit eſſe fructuoſaꝫ pe
nitentiam. Hec inquit penitentia fructuoſa eſt
quia poteſt hic homo depoſita malicia bñ viue
re et mutata voluntate iniuſta. merita ſimul
operaqꝫ mutare ⁊ timore dei gerere q̄ deo pla
cent. Vñ qui in hac vita non fecerit habebit q̄
dem penitentiam in futuro ſeculo de malis ſu-
is. Sed indulgentiam in conſpectu dei non in-
ueniet. hec Auguſtinus. Sunt autem due cau
ſe quare penitentiam non conſequentur. Pri-
ma quia ſunt extra ſtatum merendi ⁊ peniten-
tie quia tantuꝫ eſt in hoc ſeculo. vt dicit Hiero
nymus. xiij. q. ij. In preſenti ſeculo. Secundo
quia deus iurauit vt tales nunꝙ̄ miſericordi-
am conſequentur. Hiere. xv. Uiuit dominus ſi
ſteterit Moyſes et Samuel coram me. non eſt
anima mea ad populuꝫ iſtum. eiici enim eum a
facie mea. Et iterum Matth. xxij. Ligatis ma
nibus et pedibus proijcite eos in tenebras ex
teriores. amen dico vobis non exibunt inde.
Matth. v. Ideo dicit Gregorius. xj. moral.
Quiſquis ad inferni mali tolleranda deſcende
rit nequaꝙ̄ vltra ad lumen redibit. quia ne-
quaꝙ̄ miſericordia parcentis liberat queꝫ ſe-
mel in locis penalibus iuſticia iudicantis dā-
nat. Quinto excidetur a diuina viſione. et iſta
exciſio omniuꝫ eſt amariſſima. de hac Chryſ.
ſuper Matth. Que inquit ſunt pene eternales
excidi et in ignem mitti. Multi gehennam ab-
horrent ego vero caſum glorie multo maioreꝫ
fore dico. Etenim decem mille melius eſſet ſu-
ſtinere flammas ꝙ̄ chriſti faciem manſuetiſſi-
mam eſſe auerſam in iudicio videre ⁊ ab ipa ſe
parari. Item Chryſ. in ſermone quodam. Ex-
cludi inquit ab omnibus eternis et alienuꝫ eſ-

fici ab alijs que preparata ſunt ſanctis tantuʒ cruciatum.et tantū dolorem infert vt ſi nulla exteriꝰ pena torqueret hec ſola ſufficeret. Iō dicit Hugo de anima libro pͥmo. Quis tūc putas memor erit que triſticia quando ſeparabūtur impij a conſortio iuſtorum et a viſione dei et traditi in poteſtatem demonum .ibunt cum ipſis in ignem eternum. ibiqʒ ſemper erunt ſine fine in luctu et gemitu.ibi erit dolor intollerabilis.timor horribilis.mors corporis ꝛ anime.ſine ſpe venie et miſericordie. vbi nec qui torquent aliquando fatigantur nec qui torquentur aliquando moritur. Sed ſic moriuntur vt ſemper viuant.et ſic viuunt vt ſemper moriantur.et hoc ad ſecundum. Quantum ad tertium ponit ignis intollerabilitatem. cum dicit. ꝛ in ignem mittetur. Circa quod nota quadruplex eſt differentia inter ignem inferni ꝛ igneʒ preſentis ſeculi. Prima ſicut ſm Auguſtinum habet ſe ignis depictus ad ignem noſtrū. Sic ſe habet ignis noſter ad ignem inferni. Secunda.quia ignis preſens ſoluʒ adurit corpus.ſʒ ignis inferni corpus et animam. pſ̄.xx. Pones eos vt clibanum ignis. Tertia differentia vbi preſens ignis ardet ibi lucet. ſed ignis inferni ardet ſed non lucet.quia ibi ſunt tenebre exteriores. Matth.xxij. Sed hoc intellige ꝙ non lucet eis ad aliquam conſolationem .ſʒ lucet ad pene augmentationem. Quod teſtatur Iſid.libro quarto ď ſummo bono. Ignis inferni lucebit miſeris ad augmentuʒ pene vt videant vnde doleant et non lucebit ad conſolationem vt videant vnde gaudeant. Cui conſonat Bernardus. Damnati inquit vident vnde doleant ſcilicet bonum quod amiſerunt ꝛ iuſti videbunt et letabuntur conſiderantes quid euaſerunt. Quarta differentia .ignis preſens conſumit materiam quaʒ incēdit. Sed ignis inferni non conſumit. Iob.xx. Luet omnia que fecit nec tamen conſumetur. Quinta.quia ignis noſter iſte ē extinguibilis.ſed ignis inferni nō. Eſaie vltimo. Ignis eorum non extinguetur. Et Matth.xxv. Ite maledicti in ignem eternum. O deus quis poſſet pati vt digitum ſuuʒ teneret vno die in igne materiali ꝛ tamē oportet hominem malum in illo eſſe cum corpore ꝛ in eternum. De quo Eſaie vltimo. Ignis eorū non deſtruetur in eternum. Ideo dicit Dāmaſcenus. Impij tardentur in ignem eternuʒ nō mortalem qualis eſt qui apud nos eſt. Sed talis qualis ſcd̄m noticiam dei eſt. Sed hic oritur vna dubitatio ex quo hic dicit in ignē mittetur.vtrum ignis corporalis puniat in inferno damnatos? Ad hoc dicitur ꝙ ſic.vnde licʒ Auguſtinus libro ſeptimo. ſup Gene. Sentit ꝙ anime poſt mortem non per corpora. Sed per corporum ſimilitudines determinatiuas tantum in anima affliguntur. Et per hoc voluit ꝙ ignis ille ſpiritualis eſt et non corporalis Simile dixit de loco inferni ſed iſtud poſtea retractauit tenēs ꝙ locus inferi eſt ignis corporeus et ſub terra ꝛ ignis etiam corporeus qui ibi ardet. dictum ſuum quere ſupra ſermone. xxxviij. S.etiam plura de igne inferni ideʒ tenet Gregorius quarto dialogoruʒ.ꝙ ignis ſcilicet inferni corporeus eſt cum dicit ignem gehenne corporeum eſſe non eſt ambiguum ī quo eſt certum corpora cruciari. Et beatus Thomas dicit. ꝙ ignis infernalis eſt corporeus. Sed non agit in corpora naturaliter et modo nature. Sed ſpiritualiter et modo anime. nec ignis ille calefacit corpra damnatorum. nec illa corpora fiunt calida per illum ignem. Itē dicit ꝙ ille ignis affligit vt inſtrumentum diuine iuſticie et non ſicut principale agens. Sed contra hoc diceret aliquis et primo ſic. Si ignis ille corporeꝰ eſt ſeqtur ꝙ celefaciet corpora damnatorum et cum ſit aliquis gradus caloris ſignabilis excedens proportionem conditionis humane.ſequitur ꝙ per calefactionē talium corrumperetur corpus humanum ꝛ fieret ſeparatio anime a corpore. Secundo ſic. ſi ignis affligeret illa corpora futura in inferno.ergo cum ſit agens naturale non voluntarium ageret vniformiter per vniformē moduʒ ī omnia corpora ergo equaliter affligeret corpus minus mali ſicut peioris. Si ſint eidem equalit̄ applicata. Tertio ſic. Si erit ibi ignis erit ibi aliquod lumen.conſequens eſt falſum. Matth.xxij. Ligatis manibus et pedibus proijcite eos in tenebras exteriores. Super quo dicit Gregorius. Si ignis ille lucem haberet in tenebras exteriores. mitti non diceretur. Et Baſilius dicit ſuper illud pſ̄. Vox domini intercedentis flammam ignis.ꝙ virtute diuina ſeparabitur claritas ignis ab eius virtute aduſtina.ita ꝙ claritas ignis cedet in gaudiū ſanctorum.et vſtiuum ignis in tormentū damnatorum.ergo ibi nullum erit. Ad primum et ſimiliter et alia reſpondet Holkot ſuper li. ſapien.lec.clxxxxviij.ꝙ ignis ille nō alterat corpora materialiter ſed ſpiritualiter. Sicut ſubiectum imutat medium vel ſenſum. Ideo nunquā corrumpetur.imo nec ſemel corpus ab illa tranſmutabitur diſpoſitione in qua ponitur in inferno. Ad ſecundū dicitur ꝙ licet ſit agēs voluntarium agit tamen vt inſtrumentū agentis voluntarie.ꝛ ideo punit et affligit ſm volū

tatem ipſius et non ſm naturam pꝛopꝛiam ig=
nis. Ad tertium dicendum de lumine et igne
ꝙ locus ille ſic erit diſpoſitus ꝙ conuenit ma
xime miſerie damnatoꝛuꝫ vnde erit ibi lumen
aliquod .ſcilicet vmbꝛoſum vt illa videantur
que afflictionem augere poſſunt et tamen lu=
men illud non delectat. Sed quereret aliquis
vbi eſt ignis ille qui affligit animas? Reſpon=
det ſanctus Thomas ꝙ ex quo infernus ē in=
fra terram ita et ignis infernalis. Sed contra
ſi ignis eſt ſub terra hoc eſt per violentiā. Sed
nullum violentum eſt terrenum .pꝛimo de ce=
lo. Reſpondetur ꝙ licet nullum violentum ſit
vl' poſſit eſſe eternum ex oꝛdine nature. poteſt
tamē ex oꝛdine diuine iuſticie. Sꝫ diceret qs
an ignis purgatoꝛij ſit idem cum igne inferna=
li? Reſpondet ſanctus Thomas. ꝙ ignis pur
gatoꝛij idem eſt ⁊ inferni.

De eadem dominica.
Sermo quartus.

Attendite a
falſis pꝛophetis qui veniūt ad
vos. Matth. vij. c. Iſidoꝛꝰ li.
xij. dicit ꝙ vulpes eſt animal inſidijs decipiēs
et doloſum. Nam cum non habuerit eſcā moꝛ=
tuum ſe fingit. Sicqꝫ aues deſcendentes tan=
A ꝙ ad cadauer rapit et tranſglutit. In hoc eti=
am apparet eius doloſitas ꝙ taxum expellit
de antro ſuo non violentia ſed fetoꝛe. Nam vt
dicit Plinius. ꝙ quando exit taxus domucu=
lam ſuaꝫ intrat vulpes et immundiciam vrine
ibi ſpargit cuius fetoꝛem abhoꝛrens taxus in=
de exit et latibulum derelinquit. Moꝛalit̄ per
vulpium fraudulentiā intellige quemlibet ho=
minem doloſum et pꝛincipaliter tamen hereti=
cum. Quia dicit Bernardus ſuper Cantica. c
ij. Ubi exponit. capite vobis vulpeculas que
demoliuntur vineas. per vulpeculas intelligū
tur heretici qui demoliuntur. id eſt. deſtruunt
vineam ſancte ecclesie. Nam eoꝛum peſtifera
natura eſt ꝙ eſuriunt non coꝛpoꝛaliter. Sed
ſpiritualiter cum animas ſimplicium hominū
nitunt̄ decipere et ſue ſecte perfide incoꝛpoꝛa
re et ab hoc ſimulant ſe moꝛtuos ſeculo cum
tamē ſint in medio eius deſiderio. et cum cepe
rint tales moꝛtificant eos in anima ⁊ tandem
in coꝛpoꝛe occiduntur ſi in perfidia ſua ⁊ per=
tinacia moꝛiuntur ⁊ permanſerint et ad fidem

oꝛtodoxam non reuertendo. Et ideo dic̄ Gre=
goꝛius decimo moꝛalium. capitulo ſecundo.
Heretici vulgus pauperum ſpoliant. quia duꝫ
doctos non pꝛeualent. indoctos quoſqꝫ a ve=
lamine fidei peſtifera pꝛedicatione denudant.
hec ille. Quia aquam fetidam. id eſt. peſtiferā
doctrinam habent et venenoſam mediāte qua
expellunt humiles de habitaculis ſuis ad ſe ſe
quēdum. Sicut factum fuit nuper in bohemia
vbi multi homines ab hereticis venenoſa do=
ctrina decepti domos dimiſerunt et hereticos
fuerunt ſecuti ad mala plurima faciēda. Ideo
hoꝛtatur nos dominus in verbis pꝛeallegatis
vt diligenter tales deceptoꝛes fugiamus cum
dicit. Attendite a falſis pꝛophetis. In quibus
verbis ſpecialiter duo ponit. pꝛimo falſoꝛum
deceptionem ibi. Attendite a falſis pꝛophetis
ſecundo ipſoꝛum cognitionem ibi. A fructibꝰ
eoꝛum. Ubi notandum ꝙ falſarij ſunt tripli=
ces. Pꝛimi ſunt falſarij monetaruꝫ. ⁊ ſunt om= B
nes hypocrite qui falſificant monetam ſum=
mi regis. et hec moneta ſummi regis et eter=
ni ſunt bona opera. vt ieiunia. oꝛationes. ele=
moſyne. et oblationes. pꝛo quibus reg=
num celoꝛum emitur. Sed hec opera hypocri
te falſificant. quia in his honoꝛem dei non que=
runt. ſed laudem humanum. fauoꝛem. menda=
cium et tempoꝛale lucrum. Sicut teſtat̄ Gre=
goꝛius octauo moꝛal'. Quid inquit in cunctis
operibus ſuis hypocrita ſperat niſi reuerenti=
am honoꝛis ⁊ gloꝛiam laudis a melioꝛibus re
uereri ab hominibus ſanctus vocari. Ideo ſi=
gnatur quilibet hypocrita Deuterono. xiiij.
Per auem que eſt alba minoꝛ miluo. et eſt de
generibus vulturis. et paſcitur cadaueribus
moꝛtuoꝛum. Quia hypocrita pꝛopter laudem
humanam pꝛetendit exterius albedinē ſancti=
tatis. et interius paſcitur cadaueribus iniqui
tatis. Ideo dixit dominus de ipſis. Matthei
xxiij. Ue vobis ſcribe ⁊ phariſei et hypocrite
qui ſimiles eſtis ſepulcris dealbatis. Sed in=
tus pleni oſſibus moꝛtuoꝛum. Uñ dicit Chry=
ſoſtomus. O hypocrita quid a deo recipies q̄
nihil deo dediſti. Nam quod pꝛopter deum fit
deo datur. Quod autem pꝛopter homines fit
in ventuꝫ ſpargitur et a nullo ſperatur. Quid
eni laus hominum niſi ſonus verboꝛum tranſ
euntium? ceſſent homines laudare et hypocri
ta perdet fructum ſuum. Sꝫ diceres. vnde hy
pocrite cognoſcuntur? Reſpondetur ꝙ cog=
noſcuntur in quinqꝫ. Pꝛimo in bonoꝛum op=
pꝛeſſione. Nam hypocrite oppꝛimunt bonos
in eo ꝙ detrahunt eis. Quia ipſi ſunt detracto
res bonoꝛum et adulatoꝛes maloꝛum a qui=